

## Aduertencias para

Sancti Dominici de Cuillapan, priuilegiati  
existat, vt in eo animabus in Purgatorio exi-  
stentibus per modum suffragij subueniri pos-  
sit: ita q̄ quicūq; cuiusuis ordinis Regula-  
ris, sine Sęcularis sacerdos qui protempore  
in perpetuum, ac quomodocūq; , & quoties  
cunq; in huiusmodi Altaribus, seu ipsorum  
aliquo Missam pro requie defunctorum cele-  
brauerit, seu celebrari fecerit, & humiles ac  
deuotas ad Deum preces effuderit pro anima-  
bus in Purgatorio existentibus secūdam di-  
uinam iusticiam retentis, quoties id fecerit  
vnam ex dictis animabus in Purgatorio exi-  
stentibus [quantū diuinę bonitati placuerit]  
ā pœnis Purgatorii pre fatis, per modū suffra-  
gij [diuina acceptante clementia] liberare  
promereatur, & promereri possit. Hęc Bul-  
la habetur originalis in Cōuentu Sancti Do-  
minici de Mexico.

- 4 ¶ Circa hoc aduerte, primo q̄ hęc cōcessio  
amplior & extensior est, quā pre cedens; quia  
conceditur etiam Clericis sęcularibus, & q̄  
buscūq; religiosis in pre dictis Altariis pri-  
uilegiatis celebrantibus. Secundo, quod Pro-  
uinciales ordinum Mendicantium, & Custo-  
des [non recognoscentes aliquem superio-  
rem